Niwinski Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransen. personaliter comparens Nobilis Joannes
filius Sebastiani Niwinski de Niwino Koptawy, liber sanus mente et corpore
existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Matheus filius Andreae
Niwinski Decem floren. Polon. ad rationem Viginti floren. Polon. debiti pro festo
Solenni Paschae futuro inscripti anticipando tempus solutionis persolvit
idem Recognoscens Decem floren. ipsum quietat Recognoscens vero alios Decem floren.
salvam inscriptionem reservat.

Frankowski Abrenunciatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransen. personaliter comparens Nobilis
Gregorius Krasowski filius olim Jacobi filius in Krasowo Kudmaki Smurty
suo Nomine suo et Nobilis Elizabeth filiae Generosi Martini Frankowski consortis
suae a qua de rato et grato in forma iuris plenissima cavet sanus mente
et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia sibi et eidem consorti suae
Generosus Mathaeus Frankowski parens suus charissimus pro Omni et integra
dote tam in paratis pecuniis quam et parapharnalibus ac Omni expeditione
ipsam Consortem suam de bonis Borzorowo Wydrzgowo Franki et aliis eo ad-
iacentibus paternis et Maternis sibi me concernen. iuxta eiusdem consortis inte-
resse et intercisam eo Nomine conscriptam plenarie et ex integro satisfecit
idem accepta reali et effectiva ac sufficienti sua satisfactione eundem Generosum
parentem suum et eius Successores quietat et liberum facit. bonisque Omnibus
paternis et Maternis ac aliis se quovis modo concernen. abrenunciat
perpetuis temporibus. Pariterque tuitionem et evictionem Omnimodam ab ead.
consorte sua cavet et de bonis Omnibus cum posteris suis inscribit atque
eandem Consortem suam ad approbandam praesentem quietationem seu denuo
faciendam intra decursum Duodecem Septimanarum Coram Actis praesentibus
statuere et ab eadem sua cura et opere ut praemissa exequatur effi-
cere sub Vadio Mille floren. in defectu evictionis seu consortis non sta-
tuitionis ad solvendum succumbendo. Et Coram officio praesenti in primo Citationis
Termino peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus in Universum iuris re-
mediis et defensis se et suos successores Acti absribendo.

Kobylenski Cieszymi Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransen. personaliter comparens Nobilis
Paulus olim Stanislai Kobylenski sanus mente et corpore existens palam publice
ac libere recognovit. Quia Nobili Petro olim Mathiae Kobylenski de Kobylino Cieszymi
hered. et ipsius Successoribus Bonorum in haereditate Cieszymi consisten. Quatuor sulcos a meta
ad metam tenden. inter metas Nobilis Mathiae Frankowski et Frąckowska iacen.
In alio campo Octo sulcos a meta ad metam tenden. inter metas Kulczykowa et
Mathiae Frankowski iacen. In tertio campo Quatuor sulcos a meta Szyrna ad
Strumień Milewski tenden. inter metas Frąckowska et Mathiae Frankowski iacen.
Item in transversalibus in primo Loco Decem sulcos in alio Quatuor sulcos et

in Tertio